tempore [illegible]

f. n. 208.

Si enim credimus quod iesus mortuus est et resurrexit ita et deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo. V. Et sicut in adam omnes moriuntur ita et in christo omnes vivificabuntur. [illegible]

Requiem aeternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis.
V. In memoria aeterna erit iustus ab auditione mala non timebit.
R. Requiem aeternam dona eis domine et lux perpetua luceat eis. V. In memoria aeterna erit iustus ab auditione mala non timebit.

Tr. De profundis clamavi ad te domine domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuae intendentes in orationem servi tui.
Si iniquitates observaveris domine domine quis sustinebit.
Quia apud te propitiatio est et propter legem tuam sustinui te domine.

Domine iesu christe rex gloriae libera animas omnium fidelium defunctorum de manu inferni et de profundo lacu libera eas de ore leonis ne absorbeat eas tartarus ne cadant in obscura sed signifer sanctus michahel repraesentet eas in lucem sanctam quam olim abrahae promisisti et semini eius. Hostias et preces quas tibi domine offerimus tu suscipe pro animabus illis quarum hodie memoriam agimus fac eas domine de morte transire ad vitam [illegible].
Redemptor animarum omnium christe [illegible] mittere archangelum sanctum michahelem ut ille dignetur eas reducere de regionibus tenebrarum et perducat eas in sinum abrahae [illegible] terrae.

[illegible] resurrectionis [illegible] resurrexit [illegible] dona eis domine et lux [illegible] eis [illegible] resurrectionis [illegible]